

Ex infer pedes ejus, quod idem, ac si dixisset, ex *Gen. 15. 4.* מֵעֵינַי
Junius & Tremell. reddunt, quod egreditur ē visceribus tuis, sen-
sus E. verborum est, quem & Targum reddit, מֵעֵינַי בְּנֵי בְנֵי אֲבֹתָי
liis filiorum ejus, הַיְיָוִה seu הַקָּדוֹשׁ ex semine & prosapia Juda
oriturum, quod ad profligandam Pererij sententiam inserviet,
et alia εὐφημισμῶν καὶ ὑποκαλισμῶν exempla, in Sacra Scriptura,
quæ in opere ἀκαθαρσίαν ἀιχρητήτην καὶ εὐτραπελείαν, Christia-
nos non decentem abominatur, sunt plurima, de voce nostra,
עֵינַי vid. *Es. 7. 10. Jud. 3. 24. Sam. 24. 3.* de aliis verò huic voci co-
gnatis, *Gen. 17. 13. 23. I. Reg. 1. 4. Jud. 11. 39.*

כִּי עַד: Particula hæc, duplicem in Sacris habet significatio-
nem, aliquando enim, tempus præteritum determinat & futurum
excludit, aliquando verò in determinatè sumitur, ut sequens om-
ne tempus includat, vel ut aliis loqui lubet, Exclusiva tempo-
ris antecedentis, non semper infert, inclusionem temporis se-
quentis, sed adjecta illa exclusiva sæpius solam negationem con-
tinet. Vid. *Dn. Salom. Glas. lib. 3. Gram. Sacra tract. 5. p. 453.* omnium
ferè lucidissimè rem explicavit, *Dn. Chemnit. p. m.* qui ab eo cita-
tur. in *Harmo: Evangelicæ c. 7. p. 168.* Particula donec, terminum
temporis, ita aliquando notat, ut illud quod est ante illum ter-
minum removeat, Et post illum factum intelligatur, aliquando
verò ita tempus describit, ut de præcedenti tempore, vel ex-
presse affirmet, vel neget, ut quasi è sensu contrario, de tempo-
re sequenti consequentiæ nequi possint, verbo aliquando negat
præteritum & ponit futurum, ejus exempla, *Gen. 19. 22. Levit. 12. 4.*
Erit immunda, donec impleantur dies purificationis ejus, *Act.*
25. 16. Aliquando verò & præsens & præteritum includit, ita, ut
etiam non removeat futurum; vid. *Pf. 110. 1.* Sede à dextris meis
donec ponam, *Pf. 123. 2.* oculi nostri ad Jehovam, donec miseria-
tur, vid. *Dn. D. Gerb. Tom. 8. l. c. p. 351. Meisn. part. 2. Philos. Sobr p. 2. p. 654*
Dn. Fink. Postill. Eccles. & Academ. p. 3. p. 327. hic exclusive accipitur,
ad tempus futurum nihil autem refert, sive dicatur sceptrum du-
rasse ad illud tempus, quo paulò post venturus erat Christus, vel ad
illud usq; tempus, quò jam veniet Christus, utrumq; verum sed
certò respectu, Sceptrum quò ad capitalia, ademptum erat Judæis
ante Christi adventum per Pompejum, qui Judeam in provinciam
redd-